Kalinowski Debitum.

Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter
comparens Nobilis Andreas olim Francisci Kalinowski de Kalinowo Czosnowo hæres
sanus mente et corpore existens palam et libere recognouit. Quia Nobili Alberto olim
Philippi Kalinowski de ibidem hæredi et ipsius posteris summam certi veri et liqui-
di debiti mutuatæq pecuniæ octo sexagenarum polon pro festo Sanctæ Marga-
rethæ Virginis et Martyris prox. venturo parata pecunia soluere se de omnibus
bonis cum posteris suis submittit ac inscribit Sub vadio simili aliarum octo
sexagenarum polon in casu pro tempore præfixo non solutionis ad soluen-
dum irremissibiliter succumbendo. Et coram officio præti Castrensi Capitaneali
Branscensi in primo citationis Termino tanquam peremptorio peremptoria mone ac
reali et effectiua satisfactione omnibus in vniuersum iuris remedijs et defen-
sis legalibusq impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos
successores vti abscribendo et obrenunciando.

Zareba Gieraltowska Reformat

Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus
præti comparens Nobilis Joannes olim Petri Zareba Districtus Lomzensis
incola a foro suo proprio et iurisditione quauis competenti recedendo et huic
se Castrensi Capitaneali Branscensi incorporando palam et libere recognouit
Quia Nobili Heduigi filiæ olim Nobilis Joannis Gieraltowski consorti suæ lgmæ
Ratione veræ dotis post eam acceptæ et in bona sua importatæ in medietate
omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in hæreditate Za-
reby et alibi vbiuis locorum consisten nunc habitorum et in post fauente Diui-
no Numine habendorum et acquirendorum summam veri dotalicij sexaginta floren
polon et addotalicij Decem floren polon inscribit assecurat et reformat do-
taliciatq more et iure aliarum reformationum et dotaliciorum hoc in Re-
gno Poloniæ obseruari solitorum.

Zarzeczki Filio Donauit

Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus
personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Nicolai Zarzeczki sanus
mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobili Pau-
lo Zarzeczki filio suo legitimo et ipsius legitimis successoribus bo-
norum suorum mobilium et immobilium in hæreditate Zarzeczkie Oszen-
skie ac Dambrowa sitorum videlicet totam et integram sortem eundem
filium suum inter alios fratres lgme post decessum sui recognoscen
concernen cum areis hortis agris pratis campis syluis borris rubetis ædi-
ficijs omnibus paruis et magnis subditis eorum vxoribus pueris gazis
censibus dierum laboribus totaq substantia et supellectili domestica nec